

Christian Woldenberg

**Programma Quo Christianus Woldenbergius, Crempa-Holsat. ... Decanus  
Facultatis Iuridicae In Academia Rostochiensi ... ad Disputationem Inauguralem  
... M. Caspari Habermans/ Jevera Frisii ... die XIV. mensis Aprilis ... officiose ac  
humaniter invitat : [P.P. Rostochii sub Sigillo Facultatis Iuridicae 29. Martii, Anno  
M.DC.LXVIII.]**

Rostochii: Kilius, 1668

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn741217287>

Druck    Freier  Zugang



Geistliche Inauguraltheatrum

R U jir 1668

Christian Woldenberz, M. Th.  
Caspar Habermann D. phil.

mit Progr.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn741217287/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741217287/phys_0002)

**DFG**

PROGRAMMA  
Quo  
**CHRISTIANUS WOL-**  
**DENBERGIUS Crempa-Holsat.**

Phil. J. U. D. Decretalium PP. Ducalis Con-  
sistorii Assessor, Comes Palat. Cæsareus, & p. t.

**DECANUS**  
FACULTATIS JURIDICÆ  
IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI

Suo & Dnn. Collegarum nomine

ad

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

IRI Clarissimi, atque Eximii J. U. Cand.

**M. CASPARI Habermans /**

Jeverâ Frisii,

Pro obtinendis in Utroque Jure, Canonico, & Civili  
honoribus ac privilegiis

die XIV. mensis Aprilis habendam

Magnificum DN. Rectorem,

Nobilissimum utriusque Reipublicæ Senatum, omnes o-  
mnium ordinum Cives Academicos, Literatos, & Li-  
teratorum cultores ac fautores officiosè ac hu-  
maniter invitat.

---

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr. 1668.

**I**n agnitiōe jucundē Imperator Julianus, qui circa A. C. 366. imperii clavum tenuit in L.7. C. de Professor. & Med. requisita Professorum proponit, quando ita insit: Magistros studiorum; Doctoresq; excellere oportet moribus primūm, deinde Facundiā. In quibus verbis tria desiderat, & tanquam inseparabiles notas in quovis docto, in primis Magistro studiorum & Doctore requirit. Primum est morum probitas. d.l. & l.un. C. de Profess. urb. Constant. l.1.C. de Praepos. agent. in reb. Dn. Brunnemann: amicus & fautor noster in estimabilis, qui verā LL. rationem in puto Codicis submersam, divini ingenii haustro s. fistula dexterrimè evolvit, ib: adde summum J. C. Ernest. Cothm. in Resp. Academ. 44.n. 30. qui triplicem virtutem, intellectivam, inventivam & traditivam cum prioribus poscit. Cum non tantūm verbo solo, sed etiam conversatione gubernare subjectos debeant, & totius se metipsum imitatorem virtutis ostendere, testemque doctrinæ bonam conversationem habere, per c. Valentianus 3. D. 63. Unde colligit: Morum probitatem, scientiæ & facundiæ longè esse in Magistro & literato præferendam, & immorigeratum Doctorem promoveri non debere. Lud: Roman. sing. 129. in fin. Quid n. Saturninus, quandoque operetur, cuius opinionem tanquam absurdam Ulpianus refert in l.1.D. de senator. vel Martinus, qui suæ ipsius singulari sententiæ pertinaci studio inhæretscat: Besold. in synops. histor. univ. p. 420. vel quid Domitii nūgæ prosint. Cels. in l. 27. D. qui Testans. fac poss. quandoque vulgares tabelliones ex diversis Germaniæ locis ad nos itantes, referunt. Boni mores sanè prævalent divitiis. Gl. S. fin. J. de spect. tutor: Integritas & rectitudo ex Ps. 25. v. 21. sunt isti boni mores; his studendum, & sic paucis benè vivitur. Perez. in C. d. 1. n. 6. superbus autem, qui omnia in omnibus vanâ persuasione esse cupit, (cum saepe quod in mente esse ostentat, in calcaneo relinquatur, οὐδεὶς, ἵστηται νόος ut ab Heraclito vocatur, ἐγὼ τοῦ εργατῆς εὔκοπτη) & avarus, qui πάντας τὰ κακὰ πίλα aperit, licet excellentissimi, πιλῶν sunt, & ad perditionis barathrum apertam viam

viam monstrant. Una etenim gutta eruditionis bonis moribus  
tincta, melior est per vasum pleno eruditionis fluvio sordibus ava-  
ritiae & superbiæ inquinato: haec enim spinaosum aliquid in pra-  
to, i.e. limpido eruditionis fonte. *Imp. §. 6. de concept. D.* Ex hac  
L. etiam non inconcinne inferri posset: Practicam Phi-  
losophiam, seu Doctrinam de Moribus ante Rheticam tra-  
dendam esse; quoniam illa huic materiam feliciter substernit,  
& præcepta ad usum transfert. Hi mores porro vel exteriores,  
vel interiores. De quibus vid. *VVolfius in aureo ad Offic. Cse. com-*  
*mentario lib. I. p. m. 323.* Secundum requisitum est Scientia, quæ  
per examen exploranda est; cum docere alios non debeat, qui  
ipse docendus est. *N. 133. c. 1. §. 2.* Nec alterius scientia alterinoce-  
bit, vel ignorantia proderit. *I. 22. D. de lib.; causa.* Scientia  
requirit studium, exercitium verò studii convenienter haberi  
non potest sine usu librorum. *c. 3. de V. S. in Sexto, adde c. i. de V. S.*  
*in Extrav. Job. 22. de quâ promptitudine discendi. vid. I. 20. D. de*  
*Fidei c. libert. c. 1. caus. 24. q. 3.* Tertium requisitum est Facundia,  
sine qua est sterilis omnis cathedra: cum hac conjuncta esse  
debet, interpretandi subtilitas, copiæque differendi, quamvis  
ii, qui veraciores, disertioribus præferendi. *c. sedulo. 12. D. 38. Ad-*  
*de c. 12. caus. 8. q. 1. Ostermann. in Ration. J. p. m. 15. c. 7. caus. 12. q.*  
*4. Gl. in l. 10. §. 1. D. de in jus voc. N. 13. Gl. in proem. Sext. l. Decretal.*  
*in verb. commorantibus.* Magistrorum sanè non infrequens  
mentio in jure nostro, adeo ut etiam non piguerit summos Le-  
gumlatores eos certa definitione exornare, quam aliarum Fa-  
cultatum Doctores non immerito à nobis mutuari possunt,  
& ponitur in l. 57. *D. de V. S.* Magister est, cui præcipua rerum cu-  
ra incumbit, & qui majorem reliquis, quibus præsunt, curam de-  
bent, unde ad ipsos Magistratus porrigitur, qui ex Magistris o-  
lim fieri conservérunt. Hinc varia Magistrorum officia in-  
jure leguntur, ut Magistri militum, qui & judex esse potuit. *I.*  
*pen. C. de judic. adde l. 1. & t. t. C. de offic. Mag. mil. l. 3. D. de R. M. à*  
*quo hodiè non abludit Generalis belli Commissarius: Prætor*

summus: Item Magistri memoriae, epistolarum & libellorum: qualis fuit Papinianus apud Severum Imp. Magistri sacerorum scriniorum, de quibus vide t. 9. lib. 12. C. & ib. Perez. n. 1. usq. 6. Magistri officiorum t. 6. lib. 12. C. & ib. Perez. n. 2. t. 69. lib. 12. num. 16. Huc etiam spectat Magister noster verus, & quasi: Verus est Christus: quasi apud Turcas, Parisienses, Germanos, in primis Lipsienses. Est n. commune nomen omniū ~~magistrorum~~, h. e. Principum, seu Præpositorum cujuscunq; collegii sacerdotalis. In Daniâ Professores adhuc hodie, die Hochgelahrten Mesters vocantur. Hodiè adhuc numerantur Magistri Hospitaliorum, qui postea Rhodii, & post Rhodum amissam dicti Melitenses. Magistri Templariorū: Magistri militū Teutonicorū, Magister census, ~~μαστρόνος~~, ~~μαζιστρόνος~~, penes quem erat ~~μέγαδος~~. Qui tituli postmodum Academicis facti familiares, præsertim iis, qui arcana Philosophiae rimari allaborarunt, cum alias rari sint, qui philosophentur. l. 6. §. 7. D. de Excusat. tutor. Horum autoritas in superioris Germaniae Academicis tanta est, ut in omnibus publicis Programmatibus Doctoribus præponantur, quā prærogativā propter gradus antiquitatem non immerito gaudent. Quinimo adhuc jure dici posset: Reverendum nomen sumit, quisquis Magistri nomen acceperit. Item: Nulli bonarum artium Magistri non beati putandi. Cic. de Senectut. Philosophus est Magister virtutis. Tanta olim Magistrorum Philosophorum fuit dignitas, ut etiam Principes viri eo titulo delectati foerint, ut ut interfecto tempore in desuetudinem abierit: vid. Walb. tract. de privil. Doctor. ubi ex Tibullo lib. 1. epigr. 4. bune versum ponit: Heu male nunc artes miseris hæc secula tractant. p. m. 495. Olim ex l. 1. & 3. C. de Tyron. acclamabatur: Vagischo- lares non fiunt Magistri: nec patimur quenquam celsiorem gradum obtainere, nisi & cui laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragantur. Quæ alias in jure, & Clasicis in primis auctoribus, de Magistris, eorumq; officiis leguntur

tur prolixè elaborata cum aviditate summā pete ex summi Philologi & Oratoris Berneggeri Orat. à p. 8. usq; 30.

De Doctoribus, eorumq; origine triplicia principia cognoscuntur: inchoantia, crescentia, & perficientia. Inter inchoantia referuntur mores Judæorum, & Græcorum: Inter crescentia consuetudines Romanorum: inter perficientia, instituta Germanorum. *Vide VV alther: de privil. Doctorum c. 3. §. 7.* Doctores tempore Justiniani in triplici erant ordine constituti. Aliqui enim Regentes erant, h.e. in cingulo & actu docendi constituti: alii vacantes, qui docendi munere functi erant: tertii honorarii, qui codicillos Doctrinæ sine administratione acceperant, exemplo aliorum honorum. *L. 2. Cut dignit. ordo serv.* Sub Germanis verò Imperatoribus Doctorum mos perfectionem suam obtinuit. Carolus enim M. & alii Principes Christiani studia & dignitatem Doctorum plurimum auxerunt. Hinc Lotharii Saxonis Imp. ~~estate~~ A.C. 1135. restitutis in integrum civilibus studiis creandorum in Scholis Doctorum & Magistrorum mos non tantum retentus, sed & solennibus ceremoniis cohonestari cœpit, idq; per Irnerium Cancellarium suum institutum esse docent. Idem Bononiæ promotionem Doctorum instituit, & jus Augustale quod sibi competiit in promotione Doctorum, scholæ tribuit, quam promotionis formam Lothario Cæsari Irnerius præscripsisse dicitur, ubi & juris interpretes Latini, puta Bulgarus, Hugolinus, Martinus, Pileus & alii Doctores creati sunt. *Vulteius in §. responsa 8. n. 18. J. de J. N. G. & C. dicit:* morem hodiernum creandorum Magistrorum à principio Doctorum fuisse proprium, à quibus eum postea cæterarum. Facultatum Professores mutuati sunt. *M. Steph. de juri d. lib. 3. c. 14. n. 14. Adde Fr. Vivium in commun. opin. in verb. Doctoratus. Förster. lib. 3. Hist. J. C. c. 6. Seb. Schröter. V. 2 Hist. Geogr. p. 145.* qui à Chinensibus, seu Sinensibus Lotharium Docturæ, & cæteros gradus conferendi inventum mutuatum esse dubiâ fide testantur

testantur. Quemadmodum a Pontifex ut plurimum simili-  
am Imp. exprimit: ita in gradibus idem usurpavit, dum P.  
Lombardus primus Theologiæ D. Parisiis creatus legitur. Li-  
mnæus de Jure Publ. lib. 8. c. 8. num. 2. Imò Clemens V. 1300. in  
Concil. Viennensi de promotionum sumptibus moderandis  
constitutionem promulgavit. Clem. 2. de Magistris in qua insi-  
gnium Doctoralium & Magistralium fit mentio. Alciat. lib. ma-  
gicæ. c. 10. Incidit autem creatio Doctorum à Pontificibus in-  
stituta in A. C. 1121. Chyraus bujus olim Academia decus incom-  
parabile in Chronol. p. m. 309. sic & Pisius circa illud tempus Medi-  
cis dignitas Doctoratus concessa. Steph. d. l. n. 55. & 60. Et sic ab  
Italis mos hic creandi Dd. ad Germanos transvolavit, adeò  
ut Germania nacta fuerit, & Principes doctos, & insuper Do-  
ctoræ infulis fulgentes, uti eos recenset Th. Lansius in Orat. pro  
Germani; p. 32. Kirebner. in Orat. de Ducibus, Principibus, Comiti-  
bus, atquè Equitibus Nobilibus Germania sexcentis abbinc annis pu-  
blicè Magistris, Licentiatis ac Doctoribus promotis. Inter quos  
præcipui Ulricus de Gemmingen D., Sebastianus ab Heu-  
senstein D. Daniel Brendel. Lic. omnes Electores Mogun-  
tini. Albertus IV. Dux Bavariæ Baccalaureus, Frid. Schenck  
à Tautenberg. Baro JCtus celeberrimus, Leopoldus de Be-  
benburg primus Germanorum J.U.D. ac Princeps ac Episco-  
pus Bambergensis: Theod. von Schulenburg D. & Præposi-  
tus cathedralis Ecclesiæ ad Svevum, Joachimus Mynsinger  
à Frundeck Ducat. Brunsric. Camerarius hereditarius Com.  
Palat. in Orat. contra Doctorim astyges. Vide Christoph. V. Hagen.  
in tr. de Usuris in prefat. Per omnes Facultates promotorum  
catalogum vide apud VV altherum de Privil. Doctor. c. 23. à p. 505. us-  
que 530. Quis jam Magistros & Doctores, quorum scientiâ to-  
tus illuminatur mundus, non admiretur, & eorum jurib⁹ gau-  
dere intendat? Sine quibus, teste ipso Megalandro Lutherò in Ho-  
milia de Informat. juventut. nec Regna, nec Respublicæ  
consistere possunt. Nemo sanè nisi Bliteus, Blennus, Bambalio,  
ceritus

teritus ac catamitus. Hæc altius secum repetens Clarissimus  
DN.M.CASPAR HABERMANNUS, J.U. Candidatus eximius,  
gradus magnificere cœpit, & dñs tñr ἐρύχων chartis impallu-  
it, ut matuoriæ ætate aureum honoris vellus, Doctoris ti-  
tulum, applaudente doctorum virorum Odèo auferre posset.  
Ut autem paulò altius præsentis nostri Candidati originem  
repetamus: M. CASPARUS HABERMAN, Jeveræ Frisius an-  
te annos triginta tres circiter natus, ætatis suæ anno decimo  
quarto literis iniciatus, spacio quinq; annorum tantum pro-  
fecit in scholis, ut vocant, trivialibus, ut dignus, suorum Præ-  
ceptorum, quibus usus est amantissimis & fidelissimis, calcu-  
lo haberetur, qui ad pertexendam studiorum suorum telam  
Academiam aliquam quæreret; Sed ne nimis mature Acade-  
mici frueretur libertate, placuit in Bremensi Gymnasio hau-  
stæ jam doctrinæ sua addere incrementa, ut ad regias Scholas  
sic paulò accederet confirmatione. Verùm cum ibi succero  
in Philosophiam amori se minus velificari posse intelligeret,  
suas quorundam suorum Propinquorum Pragensem petiit  
Universitatem, cœptos Philosophiæ labores ibidem impensi-  
us ursurus: Totum itaq; triennium sub uno Wenceslao Zim-  
mermanno, SS. Th. Doct. ac Philosophiæ Professore Ordina-  
rio in eo studio desudavit: quo feliciter exacto, ad patrios re-  
versurus penates, per Misniam iter fecit, ac Lipsiam pervenit,  
ubitum loci celebritate captum decennium literarum te-  
nuit amor: prioribus autem annis magis Philosophiæ ad-  
huc quam Jurisprudentiæ operatus est, quippe Theles qua-  
dam politicas de legibus sub Præsidio Dn. Magistri Christia-  
ni Schlumpfii, J. U. C. satis dextrè sustinuit: atquæ eò indu-  
striæ progressus est, ut deinceps artium Liberal. & Philoso-  
phiæ Magister decerni mereretur, atq; ut ostenderet quoq; se  
dignum hoc honoris titulo, non se mel præsidendo, ut disputa-  
tiones ab ipso habitæ Lipsiæ testantur, disputavit. Re Phi-  
losophicâ benè gestâ unicè sele Jurisprudentiæ, ut potè que  
non

alterius dīcipline eonortium & grē admittit, mancipavit, at-  
quē in eo studii genere tandem sic excelluit, ut docendo alios  
non mediocriter sibi ipsi etiam profuerit. Elapso jam dece-  
nīo Varnianam hanc nostram p̄æ ceteris elegit, quæ ipsum  
suo quoq; favore complexa, eidem docendi potestatem bene-  
volē indulxit, quā ita usus est, ut discentium profectus miri-  
ficè sua industria adjuverit. Quæ res, cum nomen suum non  
ita pridem apud Amplissimam Facultatem nostram profite-  
retur, effecit, ut ad examen non modò rigorosum admissus,  
& quò est doctior, cō accuratiū examinatus fuerit, Rebuff.  
privil 86. verum etiam cætera, quæ viam sternunt ad summos  
in utroq; jure indipendendos honores haud inviti concesse-  
rimus. Quem in finem Theles Juridicas Inaugurales nervo-  
sè concinnavit, quibus omnibus & singulis se Magistrum &  
Doctorem secundū supra posita requisita exhibere, easdem  
quæ XVI. Aprilis omnium oculis & auribus subjicere decre-  
vit. Ut autem hic actus eō illustrior & splendidior redda-  
tur, jnvito ad eundem in primis Magnif. Dn. Rectorem,  
Amplissimos Dnn. Professores, Collegas, Doctores, Licentia-  
tos, verbi Divini Ministros, Magistros, & omnes literatos, li-  
teratorumq; fautores, ut & totam generosæ masculæque  
indolis juventutem; amicè rogans omnes & singulos, ut  
tantillum aliis suis occupationibus detrahere ac suffurari, &  
magnificā, & gloriosa p̄æsentia hunc Candidatum  
bēare dignentur. Nulli siquidem dubitamus, quin apud  
ipsum p̄æclarè vestrū posituri sitis studium atque be-  
neficiū, illudquæ idem ubique terrarum gratā mente re-  
culturū est. Nos quoquæ de singulis itidem bene rursus  
mereri ~~zaddvapu~~ allaborabimus, nec unquam ad-  
missuri, ut ingratitudinis nota nobis inuri  
queat. Valete.

P.P. Rostochii sub Sigillo Facultatis Juridicæ 29. Martii.  
Anno M. DC. LXVIII.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn741217287/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741217287/phys_0011)






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn741217287/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741217287/phys_0012)

**DFG**

eur prolixè elaborata cum aviditate  
 mi Philologi & Oratoris Berneggeri Ora  
 De Doctoribus, eorumq; origi  
 cognoscuntur: inchoantia, crescenti  
 ter inchoantia referuntur mores Judæ  
 Inter crescentia convetudines Roma  
 entia, instituta Germanorum. Vide P  
 etorium c. 3. §. 7. Doctores tempore Justi  
 ordine constituti. Aliqui enim Regen  
 gulo & actu docendi constituti: alii v  
 munere functi erant: tertii honorarii  
 nꝫ sine administratione acceperant,  
 norum. L. 2. *Cit dignit. ordo serv.* Sub Ge  
 ribus Doctorum mos perfectionem su  
 enim M. & alii Principes Christiani  
 Doctorum plurimum auxerunt. Hinc  
 ætate A.C. 1135. restitutis in integrum  
 dorum in Scholis Doctorum & Magist  
 rum retentus, sed & solennibus ceren  
 pit, idq; per Irnerium Cancellarium su  
 cent. Idem Bononiae promotionem  
 jus Augustale quod sibi competiit in p  
 schola tribuit, quam promotionis for  
 Irnerius præscripsisse dicitur, ubi & ju  
 puta Bulgarus, Hugolinus, Martinus,  
 creati sunt. *Vulteius in §. responsa 8. n. 1*  
 morem hodiernum creandorum Ma  
 jororum fuisse proprium, à quibus eu  
 Facultatum Professores mutuatis sunt.  
 c. 14. n. 14. *Adde Fr. Vivium in commun.* o  
 Förster. lib. 3. Hist. J. C. c. 6. Seb. Schröter. V  
 à Chinensisbus, seu Sinensisbus Lotharii  
 gradus conferendi inventum mutu



e ex sumis  
 30.  
 principia  
 entia. In  
 ræcorum:  
 ter perfici  
 privil. Do  
 plici erant  
 i.e. in cin  
 ai docendi  
 los Doctri  
 iorum ho  
 Imperato  
 . Carolus  
 ignitatem  
 xonis Imp.  
 diis crean  
 s non tan  
 nestari cœ  
 m esse do  
 nstituit, &  
 Doctorum,  
 rio Cæsari  
 tes Latini,  
 i Doctores  
 G. & C. dicit:  
 i principio  
 æterarum.  
 Juris d. lib. 3.  
 Doctoratus.  
 r. p. 145. qui  
 , & cæteros  
 dubiâ fide  
 testantur